



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Compedes aureas in pedibus, itidem ut armillas in brachiis in Oriente  
fœminæ gestarunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

192 De CALCEIS HEBRAOR.

Maim. in  
Glossa ad  
Tract.  
Sabbat.  
cap. 6,

accederet earum virginitati, ita recte notatum credo, catenulas aureas sive compedes fuisse. Quod Maimonides confirmat, qui ornementum pedum fuisse putat, quales armillæ fuerunt brachiorum. נבלם עכטם בצורה האצערה Kebalim sunt Achafim ad formam armillarum. Scilicet Kebalim, qua voce Talmudici utuntur pro pedum ornamento, cum quo fas non est egredi Sabbatho, idem cum Achafim esse observat, & in modum armillarum fuisse. E quibus colligere proclive est, עכטם nullum aliud fuisse ornamentum, quam compedium aurearum, quas in cruribus gestabant mulieres.

V. Hoc fiet longe verisimilius, si attendamus iad morem veterum, qui non in Oriente tantum, verum etiam apud Græcos atque Romanos fuit, ut mulieres aurea vincula vel compedes in cruribus gestarent. In Oriente, ut magnus olim fuit armillarum usus, qui jam invaluerat ætate Abrahami, ita עכטם, hoc est aureas compedes instar armillarum, in pedibus mulieres habuerunt. Quod quidem

Gen. 24.  
20.

quidem olim in Oriente tam frequens fuit, ut etiam nunc hic mos obtineat. Monuit id ex ore viri CL. Iacobi Golii vir summus Ludovicus de Dieu. Postquam eorum recitasset sententiam qui **בְּכָמָת** periscelides volunt, hæc subjungit. His assentimur, postquam à doctissimo viro D. Golio, qui per Orientem peregrinatus est, accepimus, usitatum etiamnum esse in Oriente in opulentioribus familiis, ut infantum pedes circa talos laminis aureis unius aut duorum digitorum, interdum & quatuor ubi adultiores sunt, latitudine, tanquam compedibus concludantur, non ad tinnitus faciendum, neque ad gressus modulandos, sed solius ornamenti & opulentiae testandæ gratia, ut **הַפְּאָרָה** **הַעֲכָם** ornamentum compedium. Neque sunt compedes quibus pes pedi alligatur, ut cum equi aut muli tollutim indecere docentur, ut volebat D. Junius, sed singula compes singulo pedi aptatur scorsim, eumque ambit. Apud Græcos etiam earum usum frequentem fuisse Pollux docet, apud quem **ἐν γυναικείῳ κόσμῳ** in mundo muliebri ponuntur: **πελοφύελα, πελ-**

De Dieu  
ad h. l.

Pol. lib. 2<sup>o</sup>  
cap. 16.